# THE SARUM RITE

## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.

Fasciculus 50.

Pagine 1935-1955.

## Hystoria Ezechielis.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXI.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through.pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2011.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut gregorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.

# [Hystoria *Vidi Dóminum.*]

R*egula de hystoria* Vidi Dóminum. *ubi agitur de festo loci vel de sancta Maria.*

¶ *Littera dominicalis* 𝔄. *Quarto kalendas Novembris tota cantetur hystoria et feria ij. dicitur unum ℟. feriale : et vj. feria et sabbato fiant commemorationes secundum usum Sarum, secundum ℟. feriale dicitur in crastino sancti Lini pape.*

*In secunda ebdomada feria iij. et vj. fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria tertia et sabbato fiant commemorationes et memoria tantum de octavis sancti Martini cum missa in capitulo.*

*In quarta ebdomada feria iij. et vj. fiant commemorationes.*

*In quinta ebdomada feria tertia et sabbato fiant commemorationes secundum usum Sarum. In aliis, vj. feria et sabbato fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* 𝔅. *iij. kalendas Novembris tota cantetur hystoria et feria vj. et sabbato fiant commemorationes secundum usum Sarum. Responsoria ferialia dicuntur, primum ℟. dicitur in vj. feria sequente ejusdem ebdomade et secundum ℟. in crastino sancti Leonardi secundum usum Sarum.*

*In ij. ebdomada feria v. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria ij. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria ij. et sabbato fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* ℭ. *Pridie kalendas Novembris inchoetur hystoria et medie lectiones de sancto Quintino et memoria de eo ad vesperas et ad matutinas et ad missam de dominica, et missa de vigilia in capitulo dicitur sine aliqua memoria cum hoc* Allelúya. ℣. Mirábilis. *Feria v. et sexta fient commemorationes. ℟. feriale non dicitur in isto anno.*

*In ij. ebdomada feria tertia et vj. fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria v. et sexta fiant commemorationes et memoria tantum de octavis sancti Martini.*

*In quarta ebdomada feria quarta et sabbato fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* 𝔇. *Kalendis novembris inchoetur hystoria cum memoria tantum privatim etiam de Trinitate. Processio nulla fiat ad crucem. Feria v. et sabbato fiant commemorationes. Responsoria ferialia non dicantur.*

*In ij. ebdomada feria tertia et sabbato fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria v. et sabbato fiant commemorationes.*

*In quarta ebdomada feria sexta et sabbato fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* **E**. *Quarto nonas Novembris tota cantetur hystoria et memoria tantum de martyribus Eustachio sociisque ejus. In sabbato tamen memoria fiet de dominica et de Trinitate privatim, processio nulla fiet ad crucem. Commemoratio animarum differatur in crastinum, ubi fient vespere de sancta Venefreda virgine et martyre : et feria tertia servitium cum ix. lectionibus, totum de communi et feria vj. et sabbato fiant commemorationes et responsoria ferialia non dicantur : et in proxima dominica dicitur de hystoria cum memoria et medie lectiones de sancto Theodora martyre.*

*In secunda ebdomada feria ij. et sexta fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria quarta et sexta fient commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria v. et vj. fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* **F**. *Tertio nonas Novembris tota cantetur hystoria et festum* [*Venefrede*] *differatur in crastinum, feria iij. et sabbato fiant commemorationes : et responsoria ferialia dicantur in crastino sancti Leonardi.*

*In ij. ebdomada feria iij. et quinta fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria tertia et quinta fiant commemorationes.*

*In iiij. vero ebdomada feria iiij. et quinta fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* **G**. *Pridie nonas Novembris tota cantetur hystoria et feria secunda et sabbato fiant commemorationes. Responsoria ferialia dicantur videlicet primum in crastino sancti Edmundi regis et martyris, secundum ℟. dicitur feria quarta post festum sancti Lini pape.*

*In secunda ebdomada feria secunda et quarta fiant commemorationes.*

*In tertia ebdomada feria secunda et sabbato fiant commemorationes.*

*In quarta ebdomada feria tertia et sabbato fiant commemorationes.*

# [☙ Hystoria *Vidi Dóminum.*][1]

6. 𝔄. ☙ *Vidi Dóminum.* Littera dominicalis 𝔄. 4. kalendas Novembris tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de apostolis [Symone et Juda][2] fiat memoria de dominica, de Trinitate sub silentio et nulla processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et sabbato de commemoratione.

Feria 6. de S. Vvenefreda, ix. lectiones de communi unius virginis et martyris. Ad matutinas de sancta Maria fiat memoria de martyre[3] in die animarum.

☙ Dominica 2. de dominica.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

☙ Dominica 3. de servitio dominicali, [ad 1. vesperas memoria de sancto Martino. Ad matutinas][4] medie lectiones de S. Martino cum ℟. de 1. nocturno S. Martini.

Feria 3.[5] et sabbato de commemorationibus et nichil de 3. commemoratione et ℟. *O beátum virum.* hoc anno pretermittitur.

Feria 5. de S. Edmundo ad matutinas et ad missam ut patet postea in 𝔅.

☙ Dominica 4. de dominica. Ad 2. vesperas que erunt de S. Edmundo, antiphona super psalmos *Beátus vir.* capitulum *Iste sanctus.* ℟. *Perceptúrus.*[6] memoria de dominica.

Feria 3. et 6. de commemorationibus et nichil de 3. commemoratione.

Sabbato de S. Katherina, cap. *Confitébor.*

☙ Dominica 5. de servitio dominicali. Ad 1. vesperas super psalmum Magnificat ant. *Qui celórum.* oratio *Excita quésumus Dómine.* et memoria de S. Katherina, de martyre [Lino],[7] de Trinitate et processio.

Ad matutinas medie lectiones de S. Lino martyre et legatur expositio evangelii *Cum sublevásset.* ℟. *Summe Trinitáti.* In laudibus omnes antiphone dicuntur. Super psalmum Benedictus antiphona *Cum sublevásset.* Ad missam officium *Dicit Dóminus.* oratio *Excita quésumus Dómine.* Epistola *Ecce dies.* Evangelium *Cum sublevasset.*

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus cum ℣. *Spíritus et alme.*

Feria 6. de octavis [S. Andree].[8] Missa erit de dominica si fuerit aliqua cantanda sin autem missa erit *Salus pópuli.* et memoria de octavis.

6. 𝔅. ☙ Littera dominicalis 𝔅. 3. kalendas Novembris tota cantetur hystoria. 9. ℟. *Summe Trinitáti.* In laudibus omnes antiphone.

[201v.] Feria 2. de sancto Quintino cum nocturne. Missa de vigilia [omnium sanctorum],[9] nulla memoria.

Feria 4. commemoratio animarum. Ad matutinas beate Marie memoria de martyribus [Eustachio et sociis].[10]

Feria v. de S. Vvenefreda, ix. lectiones de communi unius virginis et martyris.

Feria 6. et sabbato de commemorationibus et nichil de 3. commemoratione.

¶ Dominica 2. de sancto Leonardo, memoria de dominica, de Trinitate et processio. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate.

Feria 2. 5. et sabbato [11] de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittuntur.

¶ Dominica 3. de sancto Bricio, ix. lectionum. Ad 1. vesperas memoria de octavis [S. Martini], [12] de dominica, de Trinitate et processio. Ad matutinas medie lectiones de octavis. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate tantum. Ad altam missam memoria de octavis [S. Martini] [13] et de omnibus sanctis.

Feria 2. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de sancto Edmundo : lectio 7. cum pronunciatione evangelii sed absque omelia secundum Sarum. Ad missam dicitur sic, *Sub honóre Edmúndi confessóris.*[14] Ps. *Exáudi Deus oratiónem meam cum déprecor.* (Missal:{559}.)

¶ Dominica 4. de sancto Edmundo. Ad 1. vesperas antiphona super psalmos *Beátus vir.* Capitulum *Iste sanctus.* ℟. *Perceptúrus.* [15] memoria de dominica, de Trinitate et processio. Oratio *Excita quésumus Dómine.* Ad matutinas memoria de dominica, ant. *Cum sublevásset.* [et de Trinitate.][16] Missa dominicalis dicitur in capitulo.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus cum ℣. *Spíritus et alme.*

¶ Nota quod in die omnium sanctorum omnes hore de sancta Maria[17] dicuntur extra chorum more solito.

6. C. ¶ Littera dominicalis C. Pridie kalendas Novembris inchoetur hystoria, medie lectiones de sancto [Quintino].[18] In laudibus omnes antiphone. Missa de vigilia [omnium sanctorum] [19] dicitur in capitulo sine memoria. Ad altam missam memoria de sancto [Quintino][20] et de Trinitate.

Feria 2. festum omnium sanctorum. Ad 1. vesperas memoria de dominica [et de Trinitate][21] sub silentio.

Feria 3. de commemoratione animarum. Ad matutinas de sancta Maria memoria

de martyribus [Eustachio et sociis].[22]

Feria 4. de sancta Vvenefreda, ix. lectiones de communi unius virginis et martyris.

Feria 5. et 6. de commemorationibus et nichil de 3. commemoratione.

ℭ Dominica 2. tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas memoria de sancto [Leonardo],[23] de Trinitate et processio.

Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus.

ℭ Dominica 3. de dominica et medie lectiones de sancto Martino.

Feria 3. de S. Edmundo. Ad matutinas et ad missam ut supra in 𝔅.

Feria 5. et 6. de commemorationibus et nichil de 3. commemoratione.

ℭ Dominica 4. de dominica. Ad 1. vesperas ant. super psalmum Magnificat *Sustinúimus.* oratio *Excita quésumus.* memoria de sancto [24] [Edmundo], [25] de Trinitate et processio. Ad matutinas legatur expositio evangelii *Cum sublevásset.* 9. ℟. *Summe Trinitáti.* In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad missam officium *Dixit Dóminus.* oratio *Excita quésumus.* epistola *Ecce dies.* evangelium *Cum sublevásset.*

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus cum ℣. *Spíritus et alme.* Si fuerint plures misse dominicales cantande pretermittantur hoc anno.

6. 𝔇. ℭ Littera dominicalis 𝔇. Kalendis Novembris de festo omnium sanctorum et hystoria inchoetur cum memoria sub silentio et memoria de Trinitate secundum ordinale.

Feria 2. commemoratio animarum et memoria de martyribus [Eustachio et sociis][26] ad matutinas de sancta Maria.

Feria 3. de S. Vvenefreda, ix. lectiones de communi unius virgnis et martyris.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 4. feria.

ℭ Dominica 2. tota cantetur hystoria et memoria tantum de martyribus [iv. coronatis][27] et de Trinitate. 9. ℟. *Summe Trinitáti.* In laudibus omnes antiphone.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

ℭ Dominica 3. de S. Machuto. Ad 1. vesperas memoria de octavis [S. Martini],[28] de dominica, de Trinitate et processio. Ad matutinas medie lectiones de octavis [S. Martini] [29] cum ℟. de 1. nocturne. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 2. de S. Edmundo. Ad matutinas et ad missam ut supra in 𝔅.

☾ Dominica 4. de S. Cecilia, memoria de dominica cum ant. *Sustinúimus.* oratio *Excita quésumus.*

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus cum ℣. *Spíritus et alme.*

Feria 3. de sancto [Grisogono[30]][31] cum ℟. de 3. nocturno et missa dominicalis dicitur pro alta missa et memoria de sancto cum aliis memoriis consuetis.

Et si fuerint plures misse dominicales cantande hoc anno premittuntur.

6. 𝕰. ☾ Littera dominicalis 𝕰. 4. nonas Novembris tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas memoria de dominica et de Trinitate sub silentio sed nulla processio. Ad matutinas memoria tantum de martyribus [Eustachio et sociis][32] et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone. Commemoratio animarum differatur in crastinum.

Feria 3. de S. Vvenefreda, ix. lectiones, omnia de communi unius virginis et martyris.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et ℟. ferialia pretermittuntur.

☾ Dominica 2. de dominica et fiant medie lectiones de sancto [Theodoro].[33] In laudibus omnes antiphone. 9. ℟. *Summe Trinitáti.*

Feria 2. 4. et 6. de commemorationibus. Ad memoriam de S. Martino dicitur ant. *Sacérdos.* cum sequentibus.

☾ Dominica 3. de S. Edmundo : ad 1. vesperas memoria de sancto Machuto, de octavis [S. Martini],[34] de dominica, de Trinitate et processio. Ad matutinas et ad missam de S. Edmundo ut supra in 𝕭. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate tantum. Ad altam missam memoria de octava et de omnibus sanctis.

Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus.

Feria 5. de sancto Edmundo. Ad vesperas antiphona super psalmos *Iste sanctus.* Capitulum *Beátus vir qui suffert.*

☾ Dominica 4. de S. Clemente. Ad 1. vesperas memoria de S. Cecilia, de sancta Felicitate, deinde de dominica cum ant. *Sustinúimus.* oratio *Excita quésumus.* et de Trinitate et processio.

Feria 2. de sancto [Grisogono][35] cum ℟. de 3. nocturno unius martyris. 3. ℟. *Perceptúrus.*[36] et missa dominicalis dicitur pro alta missa [officium][37] *Dicit Dóminus.* oratio *Excita quésumus.* epistola *Ecce dies.* evangelium *Cum sublevásset.* Et alie misse dominicales que fuerint cantande hoc anno pretermittuntur.

Feria 4. 5. et 6. de commemorationibus cum ℣. *Spíritus et alme.*

6. 𝕱. ☾ Littera dominicalis 𝕱. 3. die Novembris tota cantetur hystoria. In laudibus

omnes antiphone et Festum S. Vvenefrede differatur in crastinum et ibi fiant ix. lectiones de communi unius virginis et martyris.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

¶ Dominica 2. de dominica.

Feria 3. et 5. de commemoratione [et nichil de iij. commemoratione].[38]

Sabbato de S. Edmundo, ad matutinas et ad missam ut supra in 𝔅.

¶ Dominica 3. de S. Hugone[39] et medie lectiones de S. Aniano. Ad 1. vesperas memoria de S. Edmundo, de S. Aniano, de octavis [S. Martini],[40] de dominica et de Trinitate et processio. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria tantum de Trinitate. [41]Ad altam missam memoria de sancto [Aniano][42] et de octavis [S. Martini].[43]

Feria 2. 3. et 5. de commemorationibus. ℟. *O beátum virum.* pretermittitur.

Feria 4. de S. Edmundo. Ad vesperas ant. super psalmos[44] *Beátus vir.* cap. *Iste sanctus.*

¶ Dominica 4. de dominica. Ad [1.][45] vesperas super psalmum Magnificat, antiphona *Sustinúimus.* oratio *Excita quésumus.* memoria de sancto Clemente, de S. Grisogono [46]et de Trinitate et processio. Ad matutinas medie lectiones de sancto [Grisogono][47] et legatur expositio evangelii *Cum sublevásset.* 9. ℟. *Summe Trinitáti.* In laudibus omnes antiphone [dicatur].[48] Ad missam officium *Dicit Dóminus.* oratio *Excita quésumus.* epistola *Ecce dies.* evangelium *Cum sublevásset.*

Feria 3. 4. et 5. de commemorationibus cum ℣. *Spíritus et alme.*

Et si plures missse dominicales fuerint cantande in hoc anno pretermittuntur.

6. 𝔊. ¶ Littera dominicalis 𝔊. 4. die Novembris tota cantetur hystoria. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus et ℟. ferialia pretermittuntur.

¶ Dominica 2. de S. Martino et memoria de sancto [Menna],[49] de dominica, de Trinitate et processio. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate tantum. Ad altam missam memoria de sancto [Menna][50] et de omnibus sanctis.

Feria 2. et 4. de commemoratione.

Feria 6. de S. Edmundo, ad matutinas et ad missam ut supra in 𝔅.

In sabbato ad vesperas que erunt de dominica, memoria de S. Hugone, de octavis [S. Martini],[51] de Trinitate et processio. Tamen in dyocese Lincolniensi vespere erunt de S. Hugono quia duplex festum est et memoria de octavis [S. Martini],[52] de

dominica et de Trinitate sub silentio et nulla processio.

℄ Dominica 3. de dominica [et][53] medie lectiones de octava [S. Martini][54] cum 2. ℟. de 1. nocturno. 6. ℟. *O beátum virum.* 9. ℟. *Summe Trinitáti.* In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittuntur.

Feria 3. de S. Edmundo. Ad 1. vesperas antiphona super psalmos *Beátus vir.* capitulum *Iste sanctus.*

℄ Dominica ultima ante adventum de S. Katherina. Ad 1. vesperas fiat memoria [de][55] dominica cum ant. *Sustinúimus.* oratio *Excita.* [de Trinitate et processio][56] et expositio evangelii in hoc anno pretermittitur. Ad matutinas memoria de dominica cum antiphona *Cum sublevásset.* [et de Trinitate.][57]

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus cum ℣. *Spíritus et alme.*

Et missa dominicalis dicitur in capitulo in dominica cum memoria de Trinitate tantum.

Si fuerint plures missse dominicales cantande in hoc anno pretermittuntur.

Et si acciderit quod duo misse dominicales que propriis officiis carent pro brevitate temporis, nequeant in feriis cantari non est inconveniens si omnino omittantur.

Feria 6. de apostolo [Andrea].[58] Ad 2. vesperas memoria de S. Maria, ant. *Sub tuam.*

# ℂ *Dominica j. post v. kalendas Novembris.*

## *Ad j. vesperas.*

*Ant.* Benedíctus. [352].
*Ps.* Ipsum. (*cxliij.*) [352].
*Capitulum.* Benedíctus Deus. [357].
℟. Aspíce Dómine de sede. [*ij. de matutinas.*][59] 1947.
*Hymnus.* O lux beáta Trínitas. [359].
℣. Vespertína orátio. [359].

AS:327; 1520:47r; 1531:201v.

Ant. I.iv.



VI-di Dómi-num * se-dén-tem su-per só-li- um excél- 5404. [*202r.*]



sum : et ple-na e-rat omnis terra ma-jestá-te e-jus, et e-



a que sub ipso e-rant replé-bant templum *Ps.* Magníficat. 53*.

ℂ *He sequentes antiphone serviunt hystorie* Vidi Dóminum. *quamdiu cantabitur in sabbatis super psalmum* Magníficat. *vel ad memoriam de dominica, cum de aliquo festo ix. lectionum fit servitium.*

AS:328; 1520:47r; 1531:202r.[60]

Ant. I.i.



MU-ro tu- o * in-expugná-bi-li circuncínge nos 3844.



Dómi-ne : et armis tu- e po-tén-ti- e pro-té- ge nos semper



De- us noster. *Ps.* Magníficat. 53*.

AS:328; 1520:47r; 1531:202r.

4460. Ant. I.vi.



QUi ce-ló-rum * cónti-nes thronos, et a-býssos intú-



e- ris Dómi-ne Rex re-gum montes pónde-ras, terram



palmo conclú-dis, ex- áudi nos Dómi-ne in gemí-ti-bus



nostris. *Ps.* Magníficat. 53*.

AS:328; 1520:47v; 1531:202r.

5093. Ant. I.i.



SUsti-nú- imus * pa-cem et non ve-nit Dómi-ne :



que-sí- vimus bone et ecce tur-bá-ti- o, cognó-vimus Dómi-



ne peccá-ta nostra : ne in e-tér-num i-rascá-ris no- bis



De- us Isra- el. *Ps.* Magníficat. 53*.

*Si vero v. dominica in mense Novembris forte contigerit tunc repetatur antiphona* Qui celórum. *in sabbato ad vesperas ipsius dominice.*

## *Ad matutinas.*

AS:328; 1520:47v; 1531:202r.[61]

Invit.
II.



100104.

DE-us * rex ce- lés- tis. †Qui se- des in thro-



no mi-se- ré-re no-bis. *Ps.* Ve-ní-te. 7*.

## *In j. nocturno.*

*Ant.* Pro fídei méritis. [12].
*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].
℣. Memor fui nocte. [24].

◖ *Hac die incipiatur hystoria Ezechielis, et legatur usque ad adventum Domini quando de temporali agitur.*

*Lectio j. Legenda* 1. *Ezechiel. j.*

ET factum est in tricésimo anno in quarto mense in quinta mensis, cum essem in médio captivórum juxta flúvium Chobar : apérti sunt celi et vidi visiónes Dei. In quinta mensis ipse est annus quintus transmigratiónis regis Jóachin : factum est verbum Dómini ad Ezechiélem fílium Buzi sacerdótem in terra Caldeórum secus flumen Chobar. Et facta est super eum ibi manus Dómini. Et vidi, et ecce ventus túrbinis veniébat ab aquilóne, et nubes magna et ignis invólvens : et splendor in circúitu ejus.

◖ *Et tunc omnis lectio de prophetia finiatur cum hoc clausula,* Hec dicit Dóminus Deus convertímini ad me : et salvi éritis.

AS:328; 1520:47v; 1531:202r.[62]

7875. 1. Resp. I.




7875a.







*Lectio secunda.* (*Ezechiel. j.* 4.)

ET de médio ejus, quasi spécies eléctri : id est de médio ignis. Et in médio ejus similitúde quátuor animálium : et hic aspéctus eórum. Similitúde hóminis in eis. Et quátuor fácies uni : et quátuor penne uni. Et pedes eórum pedes recti, et planta pedis eórum quasi planta pedis vítuli : et scintílle quasi aspéctus eris candéntis. Et manus hóminis sub pennis eórum in quátuor pártibus. Et fácies et pennas per quátuor partes habébant : junctéque erant penne eórum altérius ad álterum. Non revertebántur cum incéderent : sed unumquódque [63] ante fáciem suam gradiebátur. Hec dicit Dóminus Deus.

AS:329; 1520:48r; 1531:202r.[64]

2. Resp.
I.




6126.






6126c.




*Lectio tertia.* (*Ezechiel. j.* 10.)

SImilitúde autem vultus eórum : fácies hóminis, et fácies leónis a dextris ipsórum quátuor. Fácies autem bovis a sinístris ipsórum quátuor : et fácies aquíle désuper ipsórum quátuor. Et fácies eórum et penne eórum exténte désuper. Due penne singulórum jungebántur, et due tegébant corpóra eórum : et unumquódque eórum coram fácie sua ambulábat. Ubi erat ímpetus spíritus illuc gradiebántur : nec revertebántur cum ambulárent. Et similitúde animálium et aspéctus eórum, quasi carbónum ignis ardéntium : et quasi aspéctus lampadárum. Hec erat vísio discúrrens, in médio animálium. Splendor ignis : et de igne fulgur egrédiens. Et animália ibant et revertebántur : in similitúdinem fulgúris choruscántis. Hec dicit Dóminus.

AS:329; 1520:48r; 1531:202r.[65]

6127. 3. Resp. I.






6127a.

## ℂ *In ij. nocturno.*

*Ant.* Natúre. [25].
*Ps.* Consérva. (*xv.*) [25].
℣. Média nocte. [33].

*Lectio iiij. Legenda* 2. (*Ezechiel. j.* 15.)

Cumque aspícerem animália, appáruit rota una super terram juxta animália : habens quátuor fácies. Et aspéctus rotárum et opus eárum : quasi vísio maris. Et una similitúdo ipsárum quátuor. Et aspéctus eárum et ópera : quasi si sit rota in médio rote. Per quátuor partes eárum eúntes ibant : et non revertebántur cum ambulárent. Statúra quoque erat rotis [*202v.*] et altitúdo, et horríbilis aspéctus : et totum corpus plenum óculis in circúitu ipsárum[66] quátuor. Cumque ambulárent animália : ambulábant

páriter et rote juxta ea. Et cum elevaréntur animália de terra : elevabántur simul et rote. Hec dicit.

AS:330; 1520:48v; 1531:202v.[67]

4. Resp. VI.

7723.




7723a.

*Lectio v.* (*Ezechiel. j.* 20.)

QUocúnque ibat spíritus : illuc eúnte spíritu et rote páriter levabántur,[68] sequéntes eum. Spíritus enim vite erat in rotis. Cum eúntibus ibant, et cum stántibus stabant, et cum elevátis a terra páriter elevabántur et rote sequéntes ea : quia spíritus vitas erat in rotis. Et similitúdo super cápita animálium firmaménti : quasi aspéctus cristálli horríbilis : et exténti super cápita eórum désuper. Sub firmaménto autem penne eórum recte altérius ad álterum. Unumquódque duábus alis velábat corpus suum : et álterum simíliter velabátur. Et audiébam

sonum alárum quasi sonum aquárum multárum : quasi sonum sublímis Dei. Hec dicit.

AS:330; 1520:48v; 1531:202v.[69]

5. Resp. VIII.

7192.




7192a.

*Lectio vj.* (*Ezechiel. j.* 24.)

CUm ambulárent quasi sonus erat multitúdinis : ut sonus castrórum. Cumque starent : demittebántur penne eórum. Nam cum floret vox super firmaméntum quod erat super caput eórum : stabant et submittébant alas suas. Et super firmaméntum quod erat ímminens

cápiti eórum : quasi aspéctus lápidis sáphyri similitúdo throni. Et super similitúdinem throni : similitúdo quasi aspéctus hóminis désuper. Et vidi quasi spéciem eléctri, velut aspéctum ignis intrínsecus per circúitum ejus : a lumbis ejus et désuper. Et a lumbis ejus usque deórsum vidi quasi spéciem ignis splendéntis in circúitu : velut aspéctum arcus cum fúerit in nube in die plúvie. Hic erat aspéctus splendóris per gyrum : et hec vísio similitúdinis glórie Dómini. Hec dicit.

AS:330; 1520:49r; 1531:202v.[70]

7746. 6. Resp. VIII.




7746a.




## ℂ *In iij. nocturno.*

*Ant.* Sponsus. [34].

*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

℣. Exaltáre Dómino. [40].

AS:331; 1520:49v; 1531:202v.[71]

7. Resp. VIII.




6099.

6099a.



am ma-nus ves- tras. †Mé-li- us.

AS:331; 1520:49v; 1531:202v.[72]

7077. 8. Resp. VIII.



LAudá-bi-lis * pó- pu- lus quem Dómi-nus



ex-ercí-tu- um be-ne-dí-xit di- cens, Opus má-nu-



um me- á-rum tu es. †He-ré-di-tas me- a Is-



7077a. ra-el. ℣. Be-á-ta gens cu-jus est Dómi-nus De-us



e- jus : popu-lus quem e-lé-git in he-re-di- ta-tem



si- bi. †He-ré-di-tas.

*Quando ultimo fit servitium de ista propria hystoria dicitur* ℟. Summe Trinitáti. 1608. *et omnes antiphone ad laudes dicantur.*

*Feriale* ℟. 9.

AS:331; 1520:50r; 1531:202v.[73]




7164.

7164a.

*Aliud ℟. feriale.*

AS:332; 1520:50r; 1531:202v.[74]

7471. Resp. II.

7471a.




*Lectio j. Legenda 3. Ezechiel. ij.*

Dixit Dóminus ad me, Fili hóminis sta super pedes tuos, et loquar tecum. Et ingréssus est in me spíritus postquam locútus est michi : et státuit me supra pedes meos. Et audívi loquéntem ad me et dicéntem, Fili hóminis mitto ego te ad fílios Israel ad gentes

apostatríces, que recessérunt a me. Hec dicit Dóminus.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. ij.* 3.)

PAtres eórum prevaricáti sunt pactum meum usque ad diem hunc, et fílii dura fácie et indomábili corde sunt ad quos ego mitto te : et dices ad eos, Hec dicit Dóminus Deus. Si forte vel ipsi áudiant et si forte quiéscant[75] : quóniam domus exásperans est. Et sciant quia prophéta fúerit in médio eórum. Tu ergo fili hóminis ne tímeas eos neque sermónes eórum métuas, quóniam incréduli et subversóres sunt tecum : et cum scorpiónibus hábitas.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. ij.* 6.)

VErba eórum ne tímeas, et vultus eórum ne fórmides : quia domus
*[203r.]* exásperans est. Lóqueris ergo verba mea ad eos, si forte áudiant et quiéscant : quóniam irritatóres sunt. Tu autem fili hominis audi quecúnque loquar ad te : et noli esse exásperans sicut domus[76] exasperátrix est. Apéri os tuum : et cómede quecúnque ego do tibi.

*Lectio j. Ezechiel. ij.* (9.) *Legenda* 4.

ET vidi, et ecce manus missa ad me : in qua erat involútus liber. Et expándit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris : et scripte erant in eo lamentatiónes, et carmen, et ve.

Et dixit ad me, Fili hóminis : *Eze. iij.*
quodcúnque invéneris cómede. Cómede volúmen istud : et vadens lóquere ad fílios Israel. Et apérui os meum : et cibávit me volúmine illo. Hec dicit.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. iij.* 3.)

DIxit Dóminus ad me, Fili hóminis, venter tuus cómedet, et víscera tua complebúntur volúmine isto : quod ego do tibi. Et cómedi illud : et factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit Dóminus ad me, Fili hóminis, vade ad domum Israel : et lóqueris verba mea ad eos. Non enim ad pópulum profúndi sermónis et ignóte lingue tu mítteris ad domum Israel : neque ad pópulos multos profúndi sermónis et ignóte lingue quorum non possis audíre sermónes. Et si ad illos mittéreris : ipsi audírent te. Hec dicit.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. iij.* 7.)

DOmus autem Israel nolunt[77] audíre te : quia nolunt audíre me. Omnis quippe domus Israel attríta fronte est : et duro corde. Ecce dedi fáciem tuam valentiórem faciébus eórum : et frontem tuam duriórem fróntibus eórum. Ut adamántem et ut sílicem dedi fáciem tuam. Ne tímeas eos neque métuas a fácie eórum : quia domus exásperans est.

*Lectio j. Ezechiel. iij.* (10.) *Legenda* 5.

DIxit Dóminus ad me, Fili hóminis, omnes sermónes meos que loquor ad te, assúme in corde tuo : et áuribus tuis audi. Et vade et ingrédere ad transmigratiónem ad fílios pópuli tui : et loquens ad eos, et dices eis, Hec dicit Dóminus Deus. Si forte áudiant et quiéscunt. Et assúmpsit me spíritus. Et audívi post me vocem commotiónis magne, benedícta glória Dómini de loco suo, et vocem alárum animálium percutiéntium álteram ad álteram, et vocem rotárum sequéntium animália : et vocem commotiónis magne. Spíritus quoque levávit me et assúmpsit me : et ábii amárus in indignatióne spíritus mei.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. iij.* : 14.)

MAnus enim Dómini erat mecum : confórtans me. Et veni ad transmigratiónem ad acérvum novárum frugum : ad eos qui habitábant juxta flumen Chobar. Et sedi ubi illi sedébant. Et mansi ibi septem diébus merens in médio eórum. Cum autem pertransíssent septem dies : factum est verbum Dómini ad me dicens, Fili hóminis : speculatórem dedi te dómui Israel. Et áudies de ore meo verbum : et annunciábis eis ex me. Si dicénte me ad ímpium Morte moriéris, non annunciáveris ei, neque locútus ei fúeris ut avertátur a via sua ímpia et vivat : ipse ímpius in iniquitáte sua moriétur, sánguinem autem ejus de manu tua requíram. Hec dicit.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. iij.* : 19.)

SI autem tu annunciáveris ímpio et ille non fúerit convérsus ab impietáte sua et a via sua ímpia : ipse quidem in iniquitáte sua moriétur, tu autem ánimam tuam liberásti. Sed et si convérsus justus a justítia sua fúerit et fécerit iniquitátem : ponam offendículum coram eo. Ipse moriétur :

quia non annunciásti ei. In peccáto suo moriétur, et non erunt in memória justície ejus quas fecit : sánguinem vero ejus de manu tua requíram. Si autem tu annunciáveris justo ut non peccet justus, et ille non peccáverit : vivens vivet quia annunciásti ei, et tu ánimam tuam liberásti.

*Lectio j. Ezechiel. iij.* (22.) *Legenda* 6, *sed legatur per ordinem.*

ET facta est [78] super me manus Dómini : et dixit ad me, Surgens egrédere in campum : et ibi loquar tecum. Et surgens egréssus sum in campum : et ecce ibi glória Dómini stabat, quasi glória Dómini quam vidi juxta flúvium Chobar. Et cécidi in fáciem meam. Et ingréssus est in me spíritus : et státuit me super pedes meos et locútus est michi, et dixit ad me, Ingrédere, et inclúdere in médio [*203v.*]
domus tue. Et tu fili hóminis, ecce data sunt super te víncula, et ligábunt te in eis : et non egrediéris in médio eórum. Et linguam tuam adherére fáciam paláto tuo : et eris mutus nec quasi vir objúrgans, quia domus exásperans est.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. iij.* 27.)

CUm autem locútus fúero tibi : apéries os tuum et dices ad eos, Hec dicit Dóminus Deus. Qui audit áudiat, et qui quiéscit quiéscat : quia domus exásperans est.

*Eze. iv.* Et tu fili hóminis sume tibi láterem, et pones eum coram te : et descríbe in eo civitátem Hierúsalem. Et ordinábis advérsus eam obsidiónem : et edificábis munitiónes. Et comportábis ággerem, et dabis contra eam castra : et pones aríetes in gyro.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. iv.* 3.)

ET tu sume tibi sartáginem férream et pones eam murum férreum inter te et inter civitátem : et obfirmábis fáciem tuam, et erit in obsidiónem et circúndabis eam. Signum est dómui Israel. Et tu dórmies super latus tuum sinístrum, et pones iniquitátes domus Israel super eo número diérum in quibus dórmies super illud : et assúmes iniquitátem eórum. Ego autem dedi tibi annos iniquitátis eórum número diérum trecéntos et nonagínta dies : et portábis iniquitátem domus Israel.

*Lectio j. Legenda* 7. (*Ezechiel. iv.* 6.)

ET cum compléveris hec, dórmies super latus tuum dextrum secúndo : et assúmes iniquitátem domus Juda quadragínta diébus. Diem pro anno : diem inquam pro anno dedi tibi. Et ad obsidiónem Hierúsalem convértes fáciem tuam, et bráchium tuum erit exténtum : et prophetábis advérsum eam. Ecce circúndedi te vínculis et non te convértes a látere tuo in latus áliud : donec cómpleas dies obsidiónis tue. Et tu sume tibi fruméntum et órdeum et fabam et lentem et mílium et víciam, et mittes ea in vas unum : et fácies tibi panes número diérum quibus dórmies super latus tuum. Trecéntis et nonagínta diébus cómedes illud. Cibus autem tuus quo vésceris erit in póndere : vigínti státeres in die.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. iv.* 10.)

A témpore usque ad tempus cómedes illud. Et aquam in mensúra bibes : sextam partem hyn. A témpore usque ad tempus bibes illud : et quasi subcinerícium ordeáceum cómedes illud, et stércore quod egrediétur de hómine opéries illud in óculis eórum. Et dixit Dóminus, Sic cómedent fílii Israel panem suum pollútum inter gentes : ad quas [79] ejíciam eos. Et dixi, A, a, a, Dómine Deus. Ecce ánima mea non est pollúta, et morticínum et lacerátum a béstiis non cómedi ab infántia mea usque nunc : et non est ingréssa in os meum omnis caro immúnda. Hec dicit.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. iv.* 15.)

ET dixit ad me, Ecce dedi tibi fimum boum pro stercóribus humánis : et fácies panem tuum in eo. Et dixit ad me, Fili hóminis : ecce ego cónteram báculum panis in Hierúsalem. Et cómedent panem in póndere et in sollicitúdine, et aquam in mensúra et in angústia bibent, ut deficiéntibus pane et aqua córruat unusquísque ad fratrem suum : et contabéscat in iniquitátibus suis.

*Lectio prima. Ezechiel. v. Legenda* 8.

Fili hóminis sume tibi gládium acútum : radéntem pilos. Assúmes eum et duces per caput tuum et per barbam tuam. Et assúmes tibi státeram pónderis : et dívides eos. Tértiam partem igni combúres in médio civitátis : juxta completiónem diérum obsidiónis. Et assúmes [80] tértiam partem : [et] [81] concídes gládio in circúitu ejus. Tértiam vero áliam dispérges in ventum : et gládium nudábis post eos. Et sumes inde parvum número : et ligábis eos in summitáte pállii tui. Hec dicit.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. v.* 4.)

ET ex eis rursum tolles, et projícies in médio ignis, et combúres eos igni : et ex eo egrediétur ignis in omnem domum Israel. Hec dicit Dóminus Deus, Ista est Hierúsalem. In médio géntium pósui eam : et in circúitu ejus terras. Et contémpsit judícia mea, ut plus esset ímpia quam gentes : et precépta mea ultra quam terre, que in circúitu ejus sunt. Júdicis enim mea projecérunt : et in precéptis meis non abulavérunt.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. v.* 7.)

IDcírco hec dicit Dóminus Deus, Quia superástis gentes que in circúitu vestro sunt, et in precéptis
*[204r.]* meis non ambulástis, et judícia mea non fecístis, et juxta judícia géntium que in circúitu vestro sunt, non estis operáti, ídeo hec dicit Dóminus Deus, Ecce ego ad te : et ipse ego fáciam in médio tui judícia in óculis géntium. Et fáciam in te que non feci, et quibus simília ultra non fáciam : propter omnes abominatiónes tuas. Ideo patres cómedent fílios in médio tui : et fílii cómedent patres suos. Et fáciam in te [82] judícia : et ventilábo univérsas relíquias tuas in omnem ventum.

*Lectio prima. Legenda* 9. *Ezechiel. v.* (11.)

Vivo ego dicit Dóminus Deus, Nisi pro eo quod sanctum meum violásti in ómnibus offensiónibus tuis, et in ómnibus abominatiónibus tuis : ego quoque confríngam, et non parcet óculus meus, et non miserébor. Tértia pars tui peste moriétur, et fame consumétur in médio tui : et tértia tui pars gládio cadet in circúitu

tuo. Tértiam vero partem tui in omnem ventum dispérgam : et gládium evaginábo post eos. Et complébo furórem meum : et requiéscere fáciam indignatiónem meam in eis.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. v.* 13.)

ET consolábor et scient quia ego Dóminus locútus sum in zelo meo : cum implévero indignatiónem meam in eis. Et dabo te in desértum et in oppróbrium in géntibus que in circúitu tuo sunt : in conspéctu omnis prostereúntis. Et eris oppróbrium et blasphémia, [et] [83] exémplum et stupor in géntibus que in circúitu tuo sunt : cum fécero in te judícia in furóre et indignatióne : et increpatiónibus ire.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. v.* 16.)

EGo Dóminus locútus sum, quando mísero sagíttas famis péssimas in eos que erunt mortífere : et quas mittam ut dispérgam vos. Et famem congregábo super vos, et cónteram vobis báculum panis, et mittam in vos famem et béstias péssimas : usque ad internitiónem. Et pestiléntia et sanguis transíbunt per te : et gládium indúcam super te. Ego Dóminus locútus sum.

*Lectio prima. Ezechiel. vj. Legenda* 10 *sed legatur per ordinem.*

ET factus est sermo Dómini ad me dicens, Fili hóminis pone fáciem tuum ad montes Israel : et prophetábis ad eos, et dices, Montes Israel audíte verbum Dómini Dei. Hec dicit Dóminus Deus móntibus et cóllibus, rúpibus et vállibus, Ecce ego indúcam super vos gládium et dispérdam excélsa vestra, et demóliar aras vestras : et confringéntur simulácra vestra. Et dejíciam interféctos vestros ante ydóla vestra. Et dabo cadávera filiórum Israel : ante fáciem simulacrórum vestrórum. Et dispérgam ossa vestra circum aras vestras : in ómnibus habitatiónibus vestris. Urbes desérte erunt : et excélsa demoliéntur et dissipabúntur. Et intéribunt are vestre et confringéntur : et cessábunt ydóla vestra. Hec dicit Dóminus Deus.

*Lectio secunda.* (*Ezechiel. vj.* 6.)

ET conteréntur delúbra vestra : et delebúntur ópera vestra. Et cadent interfécti in médio vestri : et sciétis quóniam ego Dóminus. Et relínquam in vobis eos qui fúgerint gládium [84] in géntibus : cum dispeséro vos in terras. Et recordabúntur mei liberáti vestri in géntibus ad quas cáptivi ducti sunt : quia contrívi cor eórum fórnicans et recédens a me, et óculos eórum fornicántes post ydóla sua. Et displicébunt síbimet super malis que fécerant in univérsis abominatiónibus suis : et scient quóniam ego Dóminus non frustra locutus sum, ut fácerem eis malum hoc.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. vj.* 11.)

HEc dicit Dóminus Deus, Percúte manum tuam, et allíde pedem tuam, et die heu ad omnes abominatiónes malórum domus Israel : qui gládio et fame et peste ruitúri sunt. Qui longe est peste moriétur : qui autem prope est gládio córruet. Et qui relíctus fúerit et obséssus : fame moriétur. Et complébo indignatiónem meam in eis : et sciétis quia ego Dóminus, cum fúerint interfécti vestri in médio ydolórum vestrórum in circúitu arárum vestrárum : in omni colle excélso, et in cunctis summitátibus móntium, et subtus omne lignum nemorósum, et subtus univérsam quercum frondósam : [id est] [85] locum ubi accendérunt thura redoléntia univérsis ydólis suis. Et exténdam manum meam super eos : et fáciam terram eórum desolátam, et destitútam [86] a desérto Déblata in ómnibus habitatiónibus eórum, et scient quia ego Dóminus.

*Lectio j. Legenda* II. *Ezechiel. vij.*

[*204v.*] ET factus est sermo Dómini ad me : dicens, Et tu fili hóminis : hec dicit Dóminus Deus terre Israel. Finis venit, venit finis super quátuor plagas terre. Nunc finis super te, et immíttam furórem meum in te : et judicábo te juxta vias tuas. Et ponam contra [te] [87] omnes abominatiónes tuas, et non parcet óculus meus super te : et non miserébor. Sed vias tuas ponam super te, et abominatiónes tue in médio tui erunt : et sciétis, quia ego Dóminus.

*Lectio secunda.* (*Ezechiel. vij.* 5.)

HEc dicit Dóminus Deus, Afflíctio una : afflíctio ecce venit. Finis venit venit finis. Evigilávit[88] advérsum te : ecce venit. Venit contrítio super te : qui hábitas in terra. Venit tempus, prope est dies occisiónis : et non glórie móntium. Nunc de propínquo effúndam iram meam super te, et complébo furórem meum in te : et judicábo te juxta vias tuas. Et impónam tibi ómnia scélera tua, et non parcet óculus meus neque miserébor : sed vias tuas impónam tibi, et abominatiónes tue in médio tui erunt, et sciétis quia ego sum Dóminus percútiens. Ecce dies : ecce venit. Egréssa est contrítio. Flóruit virga, germinávit supérbia : iníquitas surréxit in virga impietátis. Non ex eis et non ex pópulo neque ex sónitu eórum : et non erit réquies in eis.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. vij.* 12.)

VEnit tempus : appropinquávit dies. Qui emit non letétur, et qui vendit non lúgeat, quia ira super omnem pópulum ejus. Quia qui vendit ad id quod véndidit non revertétur : et adhuc in vivéntibus vita eórum. Vísio enim ad omnem multitúdinem ejus non egrediétur : et vir in iniquitáte vite sue non confortábitur. Cánite tuba, preparéntur omnes : et non est qui vadat ad prélium. Ira enim mea super univérsum pópulum ejus. Gládius foris : pestis et fames intrínsecus. Qui in agro est, gládio moriétur : et qui in civitáte, pestiléntia et fame devorabúntur.

*Lectio j. Legenda* 12. *Ezechiel. vij.* (16.)

ET salvabúntur qui fúgerint ex eis, et erunt in móntibus quasi colúmbe convállium : omnes trépidi unusquísque in iniquitáte sua. Omnes manus dissolvéntur : et ómnia génua fluent aquis. Et accíngent se cilíciis, et opériet eos formído. Et in omni fácie confúsio : et in univérsi capítibus eórum calvícium. Hec dicit Dóminus.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. vij.* 19.)

ARgéntum eórum foras projiciétur : et aurum eórum in sterquilínium erit. Argéntum eórum et aurum eórum non valébit liberáre eos : in die furóris Dómini. Animam suam non saturábunt, et ventres

eórum non implebúntur : quia scándalum iniquitátis eórum factum est, et ornaménta monílium suórum in supérbiam posuérunt, et imágines abominatiónum suárum et simulachrórum fecérunt ex eo. Hec dicit Dóminus.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. vij.* 21.)

PRopter hoc dedi eis illud in immundíciam, et dabo illud in manus alienórum ad diripiéndum : et ímpiis terre in predam, et contuminábunt illud. Et avértam fáciem meam ab eis, et violábunt archánum meum, et introíbunt in illud emissárii : et contaminábunt illud. Fac conclusiónem, quóniam terra plena est judício sánguinum : et cívitas plena [est][89] iniquitáte. Hec dicit Dóminus.

*Lectio j. Legenda* 13. *Ezechiel. viij.* (=*vij.* 24. - *viij.* 1.)

ET addúcam péssimos de géntibus : et possidébunt domus eórum. Et quiéscere fáciam supérbiam poténtium : et possidébunt sanctuária eórum. Et factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis : ego sedébam in domo mea, et senes Juda sedébant coram me.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. viij.* 1.)

ET cécidit super me ibi manus Dómini Dei : et vidi, et ecce similitúdo quasi aspéctus ignis. Ab aspéctu lumbórum ejus et deórsum ignis : et a lumbis ejus et sursum quasi aspéctus splendóris ut vísio eléctri. Et emíssa similitúdo manus apprehéndit me in cincínno cápitis mei. Hec dicit Dóminus.

*Lectio tertia.* (*Ezechiel. viij.* 3.)

ET elevávit me spíritus inter terram et celum : et addúxit in Hierúsalem in visióne Dei, juxta óstium intérius quod respiciébat ad aquilónem, ubi erat statútum ydólum zeli ad provocándum emulatiónem. Et ecce ibi glória Dei Israel, secúndum visiónem quam víderam in campo. Et dixit ad me, Fili hóminis, leva óculos tuos ad viam aquilónis. Et [*205r.*]
levávi óculos meos ad viam aquilónis : et ecce ab aquilóne porte altáris ydólum zeli in ipso intróitu. Hec dicit.

*Lectio prima. Legenda* 14. *Ezechiel. viij.* (6.)

ET dixit Dóminus ad me, Fili hóminis putásne vides tu quid isti fáciunt, abominatiónes magnas quas domus Israel facit[90] hic, ut procul recédam a sanctuário meo ? Et adhuc convérsus : vidébis abominatiónes majóres. Et introdúxit me ad óstium átrii, et vidi, et ecce forámen unum in paríete.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. viij.* 8.)

ET dixit ad me, Fili hóminis, fode paríetem. Et cum perfodíssem paríetem : appáruit óstium unum. Et dixit ad me, Ingrédere et vide abominatiónes péssimas : quas isti fáciunt hic. Et ingréssus vidi, et ecce omnis similitúdes reptílium, et animálium abominátio, et univérsa ydóla domus Israel : depícta erant in paríete in circúitu per totum.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. viij.* 11.)

ET septuagínta viri de senióribus domus Israel : et Jechonías fílius Saphan stabat in médio eórum stántium ante pictúras. Et unusquísque habébat thuríbulum in manu sua : et vapor nébule de thure consurgébat. Et dixit ad me, Certe vides fili hóminis que senióres domus Israel fáciunt in ténebris : unusquísque in abscóndito cúbilis sui. Dicunt enim, Non videt Dóminus nos : derelíquit Dóminus terram.

*Lectio j. Legenda* 15. (*Ezechiel. viij.* 13.)

ET dixit ad me, Adhuc convérsus vidébis abominatiónes majóres quas isti fáciunt. Et introdúxit me per óstium porte domus Dómini quod respiciébat ad aquilónem : et ecce ibi mulíeres sedébant plangéntes Adónidem. Et dixit ad me, Certe vidísti fili hóminis. Adhuc convérsus vidébis abominatiónes majóres his. Et introdúxit me in átrium domus Dómini intérius : et ecce in óstio templi inter vestíbulum et altáre, quasi vigintiquínque viri dorsa habéntes contra templum Dómini et fácies ad oriéntem, et adorábant ad ortum solis. Hec dicit Dóminus.

*Lectio secunda.* (*Ezechiel. viij.* 17.)

ET dixit ad me, Certe vidísti fili hóminis. Nunquid leve est hoc dómui Juda, ut fácerent abominatiónes istas quas fecérunt hic ? Quia repléntes terram iniquitáte : convérsi sunt ad irritándum me. Et ecce ápplicant ramum ad nares suas. Ergo et ego fáciam in furóre meo : non parcet óculus meus nec miserébor. Hec dicit Dóminus.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. viij.* 18.)

ET cum clamáverint ad aures meas voce magna : non exáudiam eos.

*Ezech. ix.* Et clamávit in áuribus meis voce magna dicens, Appropinquavérunt visitatiónes urbis : et unusquísque vas interfectiónis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniébant de via porte superióris que réspicit ad aquilónem : et uniuscujúsque vas intéritus [91] in manu ejus. Hec dicit Dóminus.

*Lectio j. Legenda* 16. (*Ezechiel. ix.* 2.)

VIr quoque unus in médio eórum véstitus erat líneis : et atramentárium [92] scriptória ad renes ejus. Et ingréssi sunt et stetérunt juxta altáre éreum : et glória Dómini Israel assúmpta est de cherub que erat super eum ad limen domus. Et vocávit virum qui indútus erat líneis et atramentárium [93] scriptóris habébat in lumbis suis : et dixit Dóminus ad eum, Transi per médiam civitátem in médio Hierúsalem : et signa Thau super frontes virórum geméntium et doléntium super cunctis abominatiónibus que fiunt in médio ejus. Hec dicit Dóminus.

*Lectio secunda.* (*Ezechiel. ix.* 5.)

ET dixit illis [94] audiénte me, Transíte per civitátem sequéntes eum : et percútite. Non parcat óculus vester : neque misereámini. Senem, adolescéntulum et vírginem, párvulum et mulíeres interfícite : usque ad interneciónem. Hóminem autem super quem vidéritis Thau : ne occidátis. Et a sanctuário meo incípite. Hec dicit Dóminus.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. ix.* 6.)

CEpérunt ergo a viris senióribus qui erant ante fáciem domus : et dixit ad eos, Contamináte domum : et impiéte átria interféctis. Egredímini. Et egréssi sunt : et percutiébant eos qui erant in civitáte. Et cede compléta : remánsi ego : ruíque super fáciem meam, et clamans aio, Heu heu heu Dómine Deus. Ergo ne dispérdes omnes relíquias Israel, effúndens furórem tuum super Hierúsalem. Hec dicit.

*Lectio j. Legenda* 17. (*Ezechiel. ix.* 9.)

*[205v.]* ET dixit ad me, Iníquitas domus Israel et Juda magna est nimis valde, et repléta est terra sanguínibus : et cívitas repléta est aversióne. Dixérunt enim, Derelíquit Dóminus terram : et Dóminus non videt. Igitur et meus non parcet óculus : neque miserébor. Viam eórum super caput eórum reddam. Et ecce vir qui indútus erat líneis qui habébat atramentárium in dorso suo : respóndit verbum dicens, Feci sicut precepísti michi.

*Lectio secunda.* (*Ezechiel. x.*)

ET vidi et ecce in firmaménto quod erat super caput chérubin quasi lapis sáphyrus : et quasi spécies similitúdinis sólii appáruit super eum. Et dixit ad virum qui indútus erat líneis : et ait, Ingrédere in médio rotárum qua sunt subter chérubin : et imple manum tuam prunis ignis que sunt inter chérubin et effúnde super civitátem. Ingressúsque est in conspéctu meo. Chérubin autem stabant a dextris domus cum ingrederétur vir : et nubes implévit átrium intérius. Hec dicit.

*Lectio tertia.* (*Ezechiel. x.* 4.)

ET eleváta est glória Dómini désuper chérubin ad limen domus. Et repléta est domus nube : et átrium replétum est splendóre glórie Dómini. Et sónitus alárum chérubin audiebátur usque ad átrium extérius : quasi vox Dei omnipoténtis loquéntis. Cumque precepísset viro qui indútus erat líneis : dicens, Sume ignem de médio rotárum que sunt inter chérubin, ingréssus ille stetit juxta rotam. Et exténdit cherub manum [suam][95] de médio chérubin ad ignem qui erat inter chérubin : et sumpsit et dedit in manus ejus qui indútus erat líneis. Qui accípiens

egréssus est.

*Lectio j. Legenda* 18. *Ezechiel. x.* (: 8.)

ET appáruit in chérubin similitúdo manus hóminis : subtus pennas eórum. Et vidi et ecce quátuor rote juxta chérubin : rota una juxta cherub unum, et rota ália juxta cherub unum. Spécies autem erat rotárum quasi vísio lápidis crisóliti. Et aspéctus eárum similitúdo una quátuor : quasi si sit rota in médio rote.

*Lectio secunda.* (*Ezechiel. x.* : 11.)

CUnque ambulárent : in quátuor partes gradiebántur. Et non revertebántur ambulántes : sed ad locum ad quem ire declinábat que prima erat, sequebántur et cétere nec revertebántur. Et omne corpus eárum et colla et manus et penne et círculi plena erant óculis : in circúitu quátuor rotárum. Et rotas istas vocávit volúbiles, audiénte me. Quátuor autem fácies habébat unum, fácies una fácies cherub : et fácies secúnda fácies hóminis. Et in tértio facies leónis : et in quárto fácies aquíle. Et eleváta sunt chérubin. Ipsum est ánimal : quod víderam juxta flúvium Chobar.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. x.* : 16.)

CUmque ambulárent chérubin : ibant páriter et rote juxta ea. Et cum elevárent chérubin alas suas ut exaltaréntur a terra : non residébant rote, sed et ipse juxta erant. Stántibus illis stabant : et cum elevátis elevabántur. Spíritus enim vite erat in eis. Et egréssa est glória Dómini a límine templi : et stetit super chérubin. Et elevántia chérubin alas suas : exaltáta sunt a terra eórum me. Et illis egrediéntibus : rote quoque subsecúte sunt.

*Lectio prima. Legenda* 19. (*Ezechiel. x.* : 19.)

ET stetit in intróitu porte domus Dómini orientális : et glória Dei Israel erat super ea. Ipsum est ánimal quod vidi subter Deum Israel juxta flúvium Chobar. Et intelléxi quia chérubin essent. Quátuor per quátuor[96] vultus uni : et quátuor alas uni, et similitúdo manus hóminis sub alis eórum. Hec dicit Dóminus Deus.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. x.* : 22.)

ET similitúdo vúltuum eórum : ipsi vultus quos víderam juxta flúvium Chobar. Et intúitus eórum et ímpetus singulórum : ante fáciem suam ingrediebántur.

*Ezech. xj.* [97]Et elevávit me spíritus et introdúxit me ad portam domus Dómini orientálem que réspicit solis ortum : et ecce in introítu porte vigintiquínque viri. Et vidi in médio eórum Jechoníam fílium Azur, et Félchiam fílium Banáie, príncipes pópuli. Hec dicit.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. xj.* : 2.)

DIxítque ad me, Fili hóminis hi sunt viri qui cógitant iniquitátem et tractant consílium péssimum in urbe ista, dicéntes, Nonne dudum edificáte sunt domus ? Hec est lebes : nos autem carnes. Idcírco vaticináre de eis : vaticináre fili hóminis. Et írruit in me Spíritus Dómini : et dixit ad me, Lóquere, Hec dicit Dóminus Deus. Sicut locúti estis domus Israel : [*206r.*] et cogitatiónes cordis vestri ego novi. Plúrimos occidístis in urbe hac : et impléstis vias ejus interféctis. Hec dicit Dóminus Deus.

*Lectio j. Legenda* 20. (*Ezechiel. xj.* : 7.)

PRoptérea hec dicit Dóminus Deus. Interfécti vestri quos posuístis in médio ejus : hi sunt carnes, et hec est lebes. Et edúcam vos de médio ejus. Gládium metuístis : et gládium indúcam super vos : ait Dóminus Deus. Et factum est cum prophetárem : Félchias fílius Banáie mórtuus est. Et cécidi in fáciem meam : clamans voce magna et dixi, Heu heu heu Dómine Deus. Consummatiónem tu facis[98] reliquiárum Israel.

*Lectio ij.* (*Ezechiel. xj.* : 14.)

ET factum est verbum Dómini ad me : dicens, Fili hóminis, fratres tui viri propínqui tui et omnes domus Israel univérsi, quibus dixérunt habitatóres Hierusálem, longe recédite a Dómino : nobis data est terra in possessiónem.

*Lectio iij.* (*Ezechiel. xj.* : 16.)

PRoptérea [quidem] [99] hec dicit Dóminus Deus, Quia longe feci eos in géntibus, et quia dispérsi eos in terris : ero eis in sanctificatiónem módicam in terris ad quas venérunt. Proptérea lóquere, Hec dicit Dóminus Deus. Congregábo vos de pópulis, et adunábo de terris in quibus dispérsi estis : dabóque vobis humum Israel. Et ingrediéntur illuc : et áuferent omnes offensiónes cunctúsque abominatiónes ejus de ea.

¶ *Ferialis. Lectio prima. Legenda* 21. *Ezechiel. xj.* (: 19.)

ET dabo eis cor unum : et spíritum novum tríbuam in viscéribus eórum. Et áuferam cor lapídeum de carne eórum, et dabo eis cor cárneum, ut in precéptis meis ámbulent, et judícia mea custódiant : faciántque ea, et sint michi in pópulum, et ego sim eis in Deum. Quorum autem cor post offendícula et abominatiónes ámbulat : horum viam in cápite suo ponam, dicit Dóminus Deus. Et elevavérunt chérubin alas suas et rote cum eis : et glória Dei Israel erat super ea.

*Lectio secunda.* (*Ezechiel. xj.* : 23.)

ET ascéndit glória Dómini de médio civitátis : stetítque super montem qui est ad oriéntem urbis. Et spíritus elevávit[100] me, adduxítque me in Cáldeam ad transmigratiónem in visióne in spíritu Dei : et subláta est a me vísio quam víderam. Et locútus sum ad transmigratiónem ómnia verba Dómini, que osténderat michi.

*Lectio iij. Ezechiel. xij.*

ET factus est sermo Dómini ad me : dicens, Fili hóminis : in médio domus exasperántis tu hábitas. Qui óculos habent ad vidéndum et non vident, et aures ad audiéndum et non áudiunt : quia domus exásperans est. Tu ergo fili hóminis fac tibi vasa transmigratiónis : et transmigrábis per diem coram eis. Transmigrábis autem de loco tuo ad locum álterum in conspéctu eórum, si forte aspíciant : quia domus exásperans est. Hec dicit [Dóminus Deus : Convertímini ad me et salvi éritis].

## Notes, pages 1919-1955.

[1] 1520:46r.
[2] SB:mccclxv.
[3] Eustachio et sociis ejus. [SB:mccclxv.]
[4] 1520:46r.
[5] 'Feria iiij.', 1520:46r.
[6] '*Precepturus.*' Chevallon. [SB:mccclxv.]
[7] SB:mccclxv.
[8] SB:mccclxv.
[9] SB:mccclxv.
[10] SB:mccclxv.
[11] 'vj.', 1520:46r.
[12] SB:mccclxvii.
[13] SB:mccclxvii.
[14] In the missal (Officium) it is '*présulis*'; the psalm is 'Exultáte justi in Dómino'.
[15] '*Precepturus.*' Chevallon. [SB:mccclxvii.]
[16] 1520:46v.
[17] 'hore s. ma.' *Portif.* 1519. [SB:mccclxvii.]
[18] SB:mccclxvii.
[19] SB:mccclxvii.
[20] SB:mccclxvii.
[21] 'et de Trinitate' *non habet Chevallon.* [SB:mccclxvii.]
[22] SB:mccclxvii.
[23] SB:mccclxvii.
[24] 'de sancto' *non habet Portif.* 1519. [SB:mccclxvii.] 1520:436v. also omits 'de sancto'.
[25] SB:mccclxvii.
[26] SB:mccclxix.
[27] SB:mccclxix.
[28] SB:mccclxix.
[29] SB:mccclxix.
[30] 'Gorgonio' *Direct.* 1495. [SB:mccclxix.]
[31] SB:mccclxix.
[32] SB:mccclxix.
[33] SB:mccclxix.
[34] SB:mccclxxi.
[35] SB:mccclxxi.
[36] '*Precep.*' Chevallon. [SB:mccclxxi.]
[37] SB:mccclxxi.
[38] 1520:46v.

[39] 'de do.' *Portif.* 1519. [SB:mccclxxi.]
[40] SB:mccclxxi.
[41] 'de trini. tantū.' *Portif,* 1519. [SB:mccclxxi.]
[42] SB:mccclxxi.
[43] SB:mccclxxi.
[44] 'pm.' *Chevallon.* [SB:mccclxxi.]
[45] SB:mccclxxi.
[46] 'mēo. de sctō.' *Port.* 1519. [SB:mccclxxi.]
[47] SB:mccclxxi.
[48] 1520:46v.
[49] SB:mccclxxiii.
[50] SB:mccclxxiii.
[51] SB:mccclxxiii.
[52] SB:mccclxxiii.
[53] 1520:47r.
[54] SB:mccclxxiii.
[55] SB:mccclxxiii.
[56] 1520:47r.
[57] 1520:47r.
[58] SB:mccclxxiii.
[59] 1520:47r.
[60] In 1520:47r. 'armis'is set C.DF.
[61] In BL-52359. this invitatory appears in a later hand in the bottom margin of this f216r.
[62] In 1520:47v. 'excélsum' ends DC; 'ejus' has no flat. In BL-52359:215v. 'sedéndem' is set CD.DEFEFE.ED; no flat appears at 'ejus'; 'ea' is set AGFEFEDF; 'erant' is set GAFG.FGFD; 'replébant' is set DCD.DFGA.AGAFGFE; no flat appears in the verse. In PEN:149v. no flat appears at 'ejus'.
[63] 'ununquóque', 1531:202r.
[64] In BL-52359:215r. 'audi' is st FEFGFG.GF.
[65] In BL-52359:216r. 'consolétur' is set A.G.FFE.FG; 'nisi' is set FE.FGF; the responsory concludes thus:




but there appears also to be an erasure; perhaps 'tuus Deus' was originally set as FDEEDFGFEED CDEF.ED.
[66] 'ipsórum' *Legend.* 1518. *Sed* 'ipsárum' *in hoc loco ed. Vulg. cum Chevallonio.* [SB:mccclxxvii.]

[67] In AS:330. 'custódes' begins with A alone. In 1520:48v. 'siléntium' is set F.GA.FFE.FGB♭. 1520:48v. has no flat at 'Hierúsalem'. BL-52359:216r. has no flat at 'Hierúsalem'; 'tacébant' is set FGF.DEFEDCD.DC. In PEN:149r. 'nomen' is set B♭B♭A.B♭GAB♭AG.

[68] 'elevabántur' *Leg.* 1518. *cum ed. Vulg.* [SB:mccclxxviii.]

[69] In 1520:48v. 'prótege' is set FG.GAG.AGC. In BL-52359:206v. and PEN: 149v. 'Dómine' is set G.GABAGA.AG.

[70] In AS:330. 'venit' is set ACGA.AG. In 1520:49r. 'in' is set AGGE. In BL-52359:216v. 'Sustinúimus' is set D.D.FG.AGAFDEFEDC.D; 'et' is set FAC; 'bona' is set GFGAD.D; 'cognóvimus' is set FAC.CCB.CACBAG.A; no flat appears at 'nostra'; '†Non in perpétuum' is set FGACG G GE.FGA.FE.DFCDEFEDCDC. In PEN:149v. 'Sustinúimus' is set D.D.FG.AGAFDEFEDC.D; 'cognóvimus' is set FAC.CCA.CBCA.CCBAGA; no flat appears at 'nostra'.

[71] In 1520:49v. 'úndique' is set A.A.AGACGAGGF; 'quid elígam' is set GA.GA.GA.CBABCBA. At 'Dei mei' 1520:49v. and AS:331. have flats. In BL-52359:216v. 'úndique' is set A.A.AGACGAGGF; 'quam' is set D; 'Dei mei' is set CCBA.BCDCBABCBA GABAGA.AG. In PEN:149v. 'ignóro' is set G.GABAGA.GABA; 'quam' is set DFGFFED.

[72] In 1520:49v. 'Laudábilis' is set B.CDC.D.CDBCDC.

[73] In BL-52359:217r. the first flat appears after 'Dóminus'; no flat appears at 'ora leónum'. PEN:150r. has no flat until 'conclúsit'; the first 'me' is set GACGGF.

[74] In 1520:50r. 'celórum' is set A.CDF.F. In BL-52359:217r. 'pónderas' is set FG.EFEDE.ED; 'nostris' is set FG.F. In PEN:150r. 'pónderas' is set FG.EFEDE.ED; 'nostris' is set FG.F.

[75] 'acquiéscant' *Legend.* 1518. [SB:mccclxxx.]

[76] SB:mccclxxxi. has [Israel] with the note: '*non habent* Leg. 1518. ed. Vulg.' 'Israel' does not appear in 1516:207r.

[77] 'nóluit' *Legend.* 1518. [SB:mccclxxxi.]

[78] SB:mccclxxxi. has 'ibi' with the noete: *non habent* Leg. 1518. ed. Vulg. 1516:107r. omits 'ibi'.

[79] 'quos' *Leg.* 1518. [SB:mccclxxxv.]

[80] 'assúmes' *ed. Vulg.* 'assúmens' *Chevallon.* [SB:mccclxxxv.]

[81] 1516:207v; *Vulgate.*

[82] 'te in' *Chev.* [SB:mccclxxxvi.]

[83] '*non habent* Leg. 1518. ed. Vulg. [SB:mccclxxxvii.] 1516:108r. omits 'et'.

[84] 'gládio' *Leg.* 1518. [SB:mccclxxxviii.]

[85] '*non habent* Leg. 1518. ed. Vulg. [SB:mccclxxxviii.] 'id est' is not in 1516:208r.

[86] 'destítuam' *Chevallon.* [SB:mccclxxxviii.]

[87] Legend-1518:187v.

[88] SB:mccclxxxix. has 'Evigilábit' with the note: " 'evigilávit' *Legend.* 1518. *cum ed. Vulg.*" 'evigilávit', 1516:208v.

[89] *non habent* Legend. 1518. ed. Vulg. [SB:mccccxc.] 1516:208v. omits 'est'.

[90] 'fecit' *Legend.* 1518. [SB:mccccxci.]

[91] 'intérius' *Chevallon.* [SB:mccccxciii.]
[92] 'attramentárium' *Chevallon.* [SB:mccccxciii.]
[93] 'attramentárium' *Chevallon.* [SB:mccccxciii.]
[94] 'illis dixit' *Leg.* 1518. *ed. Vulg.* [SB:mccccxciii.]
[95] SB:mccccxcv. has 'suam' with the note: '*non habent* Legend. 1518. ed. Vulg.'
[96] 'per quátuor' *non Habet* ed. Vulg. [SB:mccccxcvi.]
[97] '*Ezec.* 15.' Chevallon. [SB:mccccxcvi.]
[98] 'fácies' *Legend.* 1518. [SB:mccccxcvii.]
[99] *non habent* Leg. 1518. [*nec*] ed. Vulg. [SB:mccccxcvii.] Not in 1516.
[100] 'levávit' *ed. Vulg.* [SB:mccccxcviii.]